

Pars.II.

sed nonū r̄nsoriū dicā sic sit i ceterū dñicis
de aduētu. Quottidie at̄ infra octauā fiat cō
memoratio de aduētu. Qn̄ s̄o aliq̄ feria iſra
octauā h̄z antiphonas laudū de p̄po: tūc ad
maturinū post ōzonē festi fiat cōmemoratio
de feria. Deinde dicā laudes de feria cū ill' an-
tiphonis p̄prijs & psalmis suis abs q̄ caplo
v̄. & b̄ndic̄ s̄z dicto Laudate dñm de celū cū
sua antiphona terminetur. ibi. Fidelii ani-
me tē. sicut olim fiebat in die sc̄tē Lucia. q̄n̄
occurrebat feria h̄is laudes de p̄p̄io. Item
p̄dict̄ p̄otifex ordinavit q̄ i hac octaua non
fiat officiū de aliquo sancto: nec etiā de sancta
Lucia: trāfserat̄ post octauā. licet postea ad
petitionē cuiusdā religiosi p̄cesserit q̄ possit
fieri de sc̄tā Lucia in dieluo. & ita seruet̄. Or-
dinavit etiā q̄ officiū p̄sentationis gl̄iose v̄g-
inis marie celebret̄. xxij. die nouēbris & fiat
duplex maius. & accipiatur officiū nativita-
tis eiusdē: sed vbi est nōmē nativitas? ponan-
tur nōmen p̄sentatōis. Facto fine pia lauda
detur v̄go Maria.

Pars secunda supradicti sermonarij qđ
Mariale appellat̄ i q̄ tractat̄ ō sacratissima
v̄gis Marie nativitate. Hec aut̄ pars pro-
prio ac p̄ticulari noīe liber vite nūcupat̄.

Hermos primus

Dies na-
tales p̄n-
cipū cole-
bantur

Ergo de radice iesse: et flos
de radice ei⁹ ascendet. Isa.
xij. c. Recitat historiogra-
phi q̄ antiq̄ magnoz p̄n-
cipū nativitā celebrabat.
Ipsi q̄z p̄ncipes dīc natal'suiū solēnitate &
iocūditate reducebāt. Un̄ Mat̄. vij. dīc
Herodes rex i die natal'suiū cenā fec p̄ncipi-
bus & tribunis. & p̄mis galilee. Subdit̄ eti-
am in dieb̄ natalicij dñoz suoz tripudia
& choreas atqz festivos ludos i eoꝝ aspectibꝝ
faciebāt. Un̄ Mat̄. xiiij. dīc. Die aut̄ natal
Herodis saltauit filia Herodiadis in me-
dio sc̄z alioꝝ chorizantiū & placuit Herodi
Et talia natalicia regū appellabant̄ feria so-
lēnes. l. fi. C. de feri. Et in silib̄ dieb̄ oē ius-
p̄toriū cessabat: vt habeat̄ in dicta. l. fi. glo. s̄o
in rubrica. C. eo. ti. appellat̄ ferias rep̄tinas
q̄n̄ iſra annū nascit̄ repenteſe filius p̄ncipi
Sancta q̄z mater ecclia b̄ti. Ioh̄is baptiste
nativitate solēnit̄ iubet celebrari. q̄r sc̄tifica-
tus fuit i misis vtero: p̄cursorqz fuit saluato-
ris. Quapropter in die natal' eiusdē p̄ vniuer-
sum orbe ab oīb̄ fidelib̄ xp̄icolis singul' an-
nis festiva gaudia celebrat̄. Quāto ḡ maiori

deuotōe ac reuerētā sc̄tissime v̄gis genitrix
tei debet̄ sacratissima natalicia celebrari. p̄se-
cto i isto sc̄tissimo die dñ humana mens ma-
gnā in leticiā p̄silire. Un̄ beat⁹ Aug⁹. in ser-
mone hodierno inqt̄ Adest nob̄ dilectissimi
optat̄ dies brē ac venerabil̄ semp̄q̄ v̄ginis
Marie. Jō cū sumā exultatōe gaudeat ter-
ra nřa tāta v̄gis illustrata natali. Hec ē em̄
flos capi de q̄ ortū est p̄ciosum liliū p̄ualliuꝝ
p̄ cui⁹ partū natura mutat̄ p̄thoplaustorꝝ q̄
deletur & culpa. Et bea⁹ Johes chrysostom⁹
etiā ip̄e in simone hodierno inqt̄. Hodie fit
mūdo salut̄ inīciuꝝ. Jubilate deo oīs terra.
cātate & exultate & psallite. Exaltate vocē ve-
strā exaltate. nolite timere: edita ē nobis ilu-
cem sp̄s̄a dei de q̄ nascitur⁹ est agn⁹ dei q̄ tol-
lit p̄ctā mūdi. Exultate mōtes & colles & sic
cera defluite. Letare humanuꝝ gen⁹. Lātate
celestes sp̄s̄. lapides nolite tacere: quoniam
hodie nata ē illa v̄ga q̄ prulit miri odoꝝ fra-
gratiā. Hec illē. Lūt⁹ v̄gis gl̄iosenatiuitatē
pūidēs in sp̄u p̄pha decip̄lit eā sub noīe v̄ge
dīcēs v̄ba themat̄ nr̄i. Egregie v̄ga de radi-
ce iesse & flos de radice ei⁹ ascendet. Hic at̄ flos
fuit Jesus xps ei⁹ fili⁹ q̄ de seipso inqt̄. Lān.
j. Ego flos capi. Dicit̄ at̄ flos capi: & non
horti tripli de cā. P̄io q̄z flos horti ut na- **Xps flos**
sc̄t̄ terra ap̄it. flos at̄ capi sine terre aptione campi
nascit̄. sic etiā xps nāt̄ est de v̄gine sine v̄gini-
tat̄ ei⁹ violatōe. Sc̄do dīc flos capi & n̄ hor-
ti. q̄z flos horti ē clausis: flos s̄o capi omibꝝ
est apert⁹. & si cītā hortus pīetat̄ xpi nulli
claudit̄. s̄z omes ad ipm p̄nt accedere & mise-
ricordiā iuenire. Tertio dīc flos capi: q̄i p̄ti-
bus ultramarinis nascit̄ qdā flos qui vocat̄
flos capi. habetqz stipite asperuz: & qnqz folia
rubea. & significat xpm q̄ prulit asperitatem
cruc̄ & hūit qnqz vulnera passiōis. Recte ḡ
b̄ta v̄go noīe v̄ge desigl. q̄z ex ea p̄diūt flos flo-
ru: fruct⁹ fructū b̄ndic̄ Jesus fili⁹ ei⁹ & dei
Et q̄ sup̄dicta p̄phia de nullo alio itelligat̄:
q̄z de b̄ta v̄gie & de xpo ei⁹ filio p̄z p̄ trāslatōz
caldaicā q̄ in h̄ loco sic h̄z. Erurget rex de fi-
lijs isrl̄ & m̄essias de filijs filioꝝ ei⁹. dīc at̄ in-
p̄fata p̄phetia. Egregie v̄ga de radice iesse
q̄z licet̄ b̄ta v̄go orta sit̄ de radice iudeoz: n̄ ē
egressa naturā radic̄. Radix em̄ ad ima vir-
ga ad alta tendit. radix i terra. v̄ga in aere p̄-
ficit. radix terre humore. v̄ga cell̄ roze & solis
calore crescit. Judei em̄ petebāt ima vīctorū
illa at̄ alta vītū. illi erat̄ fixi i terra p̄ cupi-
tatem terrenoz: illa s̄o munqz icuruata ē ad
trāitoria bona. sed in celo habitabat p̄ cupi-
ditatē sup̄norū. illi pascebāt̄ amōre car-

Bermon. I. De natiuitate Marie

nati. hec nutriebat amore spūali. illi frigesce-
bant amore infidelitaris. ita ḥgo nobilissi-
ma souebat calore charitas. **D**e cui⁹ pcreati-
one tria mysteria p̄teplabimur

Primū appellabit⁹ necessitat⁹.

Secundū nobilitatis.

Tertiū ḥo locūditat⁹

Prima ps b⁹ fmonis q̄ d̄r necessitatis

Natiuitatē ḥgis glōse hūano generi

Bin fuisse necessariā pbaſ trib⁹ rōmib⁹

Prima quaruz d̄r reedificatiōis.

Natiuiſ fundamētū cui⁹ est ciuile si em tibi locau-
tis. **M**a area eo pacto vt i ea domū edificares in qua
rie fuit me recipes qñcūqz ad te declinarē. **T**u edifi-
cacia. casti ⁊ in ea me recepisti: postea ḥo labē edifi-
cij vel alia culpa tua dom⁹ corruit. **H**ouenio
te vt itez reedifices. **Q**uerit an possim i h̄ te
huenire: ⁊ claz est q̄ sic. l. fi. ff. loca. q̄ in hoc

De loca meū huenisti vt q̄dū locatio duraret ibi
tione esset coſtructa dom⁹ in qua recipes locatorē.

Argumentū ad hoc in. l. cū. de here. ff. de fui.
vr. pre. **N**ā nō edificatū censem qđ disruptū

est. ff. de leg. iij. l. qui concubinaz. **E**t factū nō
d̄r qđ non durat. l. si quis aliam. ff. de solu. l.

item si querit. ḫ. si gēma. ⁊ l. fi. ff. de acti. emp.
facit in arg. l. si cui. ḫ. affinitates. ff. de postu.

Nō ḡ sufficit semel recipe locatorē nūlī iterū
ipm recipiat quousqz locatio durat. **A**r. i. l.

si seruit⁹. ff. deserui. vrba. predi. ⁊ C. si seruus
expor. ne. l. j. sic ḡ in nostro p̄posito. **N**ā cum

omnipotens de⁹ locauerat paradisum. **A**dam
pmō homi vt ex illi⁹ costa edificares vna mu-
lier in qua ip̄e habitaret ⁊ ex illa nasceretur

hec dom⁹ suggestione diabol⁹ ⁊ mādati pua-
ratione p ipm. **A**dam facta coruit. debuit

ḡ ille homo ex sua stirpe pducere aliā ml̄ierē
q̄ esset stabilis dom⁹ ⁊ nō corrueret durante

semp locatōe dei ad humanū gen⁹. natur. ali
iḡ iure ⁊ ciuili nesse fuit vt illa ḥgo nasce-
ret in qua fili⁹ dei habitaret q̄ dixerat p pro-

pheta ps. cxxij. hic habitabo qm̄ elegi eā. **E**t

h̄ figuratā fuit Hester. j. ⁊ q. c. vbi vasti pri-
or regina depellit p inobedictiā. **A**ssueri reg⁹.

⁊ Hester hebrea loco ei⁹ subrogat q̄ reg⁹ pla-
cuit oculis. **H**oc a rō d̄r successiōis. **J**udas

Rōe suc-
cessiōis cui⁹ habet⁹ in auf. licet. C. de nat. li. vbi

d̄r q̄ fili⁹ naturales erūtib⁹ legitimis suc-
cessionis non p̄t ab intestato. potest tñ dari vna

vncia naturalib⁹ ⁊ p̄cubine. vel soli p̄cubine
semiuincia. l. patre. C. eo. ei. **E**st aut vna vn-
cia duodecima ps hereditatis. vt habeat isti.

dehere. insti. ḫ. hereditas. **H**oc aut nō se ex-
tendit ad spurious. vt in dicta auf. licet. C. de

nat. li. **N**os ḡ q̄ nō sum⁹ legitimi ob p̄oiez

fornicationē. **E**ue qua tota humana natura
corrupta est de qua nati sum⁹ que fuit ancilla

nō libera. iuxta illud ps. cxxv. **E**go seru⁹ tuus
⁊ fili⁹ ancille tue. nō poteram⁹ succedere i to-

ta hereditate. **Q**uia iḡ votū parētū ē trāſ
mittere bona sua filijs. l. scripto. ff. vnde li. l.

na ⁊ si pentib⁹. ff. de inoffi. testa. l. de emācipa-
tis. C. de legi. heredi. ⁊ l. penultima. ff. de bo-
nis lib. **J**o vt celestis pris nostri desiderium

impleret qui sua nobis bona eterne felicita-
tis dare affectat oportuit q̄ p sequēs mīmo-
niū fierem⁹ legitimi. de q̄ legitimatōe habet⁹

in auf. quib⁹ mo. na. effi. le. coll. vj. circa p̄n-
cipiū ⁊ in. c. quest⁹. ⁊ c. c̄ta. ex q̄ fili⁹ sint le.

Ult ḡ de⁹ pater legitimos nos faceret despon-
sauit sibi ancillā. s. humana natura accipien-
do in matrē fili⁹ sui virginē pudicā. **V**irginē
sancra. **V**iginē omni laude dignissimā. **M**a-
riam hebrea quam nasci nesse fuit vt fieret

mater dei. **J**o letabudi dicere possum⁹ illud
Pauli ad Sal. iij. nō sum⁹ ancille fili⁹ s̄z li-
bere: q̄ libertate xp̄us nos liberauit. **T**ertia

rō d̄r subuētionis. **F**undamētū cui⁹ ponit in

rīſcōlūtus in. l. j. ff. de in iuste rest. ⁊ in. l. q. ḫ
verba. ff. ad velle. vbi inquit q̄ decept⁹ ⁊ frau-
datis debet subueniri. **L**u ḡ diabol⁹ decept⁹
humanū gen⁹ mēdacijs seduccō p̄mā muli-
erem. **J**o oportuit decepto homi puideri de
remedio oportuno. q̄ iḡ vt inqt phs. j. po-
sterior⁹. **S**i vnu est causa alicui⁹ effect⁹: oppo-
sitū est causa oppositi. **A**d qđ est ter. in. l. mī-
hil tā natur. ale. ff. de reg. iur. vbi d̄r q̄ si p̄sen-
sus est causa p̄tract⁹: dissensiū est cā distra-
ctus sicut p mulierē peccatricē a diabolo dece-
ptam ⁊ deuictā fuit humanū gen⁹ deperdituz
⁊ a statu suo deiectū. ita ecōtrario debuit per
mulierē innocentē ⁊ purā atqz sanctissimam

diaboliqz supatricē in integrz restitui ⁊ repa-
rari. aliter ip̄e mēdacijs pater diabol⁹ de men-
dacijs suo emolumētū psequeret. qđ esle non

debet. null⁹ em de mēdacijs factō d̄z cōmoduz
obtinere iuxta notata i. l. j. ff. de nata. resti. et

in. l. iij. ḫ. q. ff. si ex nota. can. agat. ⁊ i. c. sedes
de rescp. imo pp̄mēdaciū d̄z puniri. l. si du-
bitet. ḫ. ita demū. ff. de fideiūlōri. ⁊ auten. ḫ.

qui pp̄priā. C. de nō numerata pecunia. ⁊ ḫ.
sed furti. Insti. de actio. nesse iḡ fuit pu-
rissimā dei genitricē nasci q̄ p̄trita diaboli de-
ceptoris potestate hoīem de seruitute illi⁹ cri-
peret ⁊ quē ille p m̄fēz culpe. **L**u a se franda
tam maledictiōi subiecerat ipa mater gratie

suo interētu ac patrocinio bñdictōibus ad
impleret. qđ factū esse testat. **H**iero. in fimo-
ne ad Eustochiū dices. **Q**uicqd maledictis

Rōe sub
uentōis.

Pars.II.

onis insusum ep̄ Euā: totū abstulit bñdicio
Marie. Insup t̄ grāz infudit xp̄i ort⁹ quā
pus nō habuerat tot⁹ mūd⁹. Hec ille.

Pars secunda huius sermonis que dici
tur nobilitatis.

Iacet ut inq̄t iurisconsult⁹ in.l.j. ff. de
in inte. resti. q̄ p seipm secomendat:
nō indigeat comēdarōe. qd̄ etiā ha-
betur in.l.iij.C. qn̄ t̄ quib⁹ quar. ps. **N**ic⁹ eti-
am dicat in.l.j. in fi. ff. de dote ple. q̄ satis de-
monstrati frustra sit demonstratio: t̄ qd̄ patet
exp̄s nō est pbare necesse. c. euidentia. de accu-
sa. t̄ l. ea qdc̄. C. eo. ti. **I**te q̄ exp̄sio eoꝝ q̄ faci-
te insunt nihil opaf. l. iij. ff. de le. j. ex q̄ videſ
nō esse necessariū bñt viginis **M**arie nobili-
tarē q̄ p seipam est euidenter clarissime demo-
strata manifestare: tñ ad maiorez ipsi⁹ v̄gis
deuotoꝝ solationē aliq̄ dubia circa nobili-
tatē ei⁹ declarabim⁹. **P**rimū est vtꝝ xps de
xps debu-
buerit de matre nobili p̄creari. **E**t pmo argui-
eritō ma-
p̄t q̄ nō. Inq̄t em̄ **P**aul⁹. j. ad. **A**bor. j. **N**ō
trenobi-
multi sapiētes fin carnē nō multi nobiles s̄z
lip̄creari ignobiliora mūdi t̄ temptibilia t̄ ea q̄ nō
sunt elegit de⁹. s̄z beatā v̄gīne elegit de⁹ t̄ pele-
git. Ergo nō debuit esse nobilis s̄z ignobilis
Ite glo. sup̄ pdicta v̄ba apli ait. venit em̄
humilis de⁹ querēs humiles: nō altos. t̄ ibi-
dem etiā dīc. **N**ō elegit reges vel senatorēs
vel phos vel oratores: s̄z plebeios pauperes
indoctosq; p̄scatores. Ergo cuꝝ beatissima
v̄go sit p̄ oib⁹ istis electa: p̄ oib⁹ istis videtur
debuisse esse plebeia t̄ paupercula. **N**ā v̄bum
humilis pprie verificat in plebeia in ancilla
vel ancille filia. l. humilc. h. j. C. de inter. ma-
tri. deus at querit humiles vt patuit sup̄. **I**te
maior humiliatio videſ ex p̄te dei de ignobilis
q̄ de nobili incarnari. **S**z his non obſta-
tib⁹ ī atrariū est v̄itas. vt declarat **A**lbertus
magn⁹ sup̄ missus ē. **E**t possum⁹ ipaz v̄gīne
nobilitat̄ v̄gruētā sic pbare. **N**uato aliq̄s
pl̄ e eleuat⁹ ī sumū rāto maḡ p̄t de p̄mi deor-
sum. q̄to em̄ mons est altior: rāto ei⁹ vallis
p̄fundior. ḡ q̄to maḡ aliq̄s eleuat⁹ ē sursuſ
p̄ nobilitat̄ t̄ dignitatē: rāto pl̄ p̄t descendere
p̄ humilitat̄. t̄ sequēter maḡ mereri t̄ ma-
gis grāt̄ esse deo. iux illud **A**cc. iij. q̄to ma-
ior es: rāto magis te hūlia in oib⁹ t̄ corā dō
inuenies gram. **U**n̄ **B**ern̄. in qdā sermone
inq̄t. In alto nō altū sapet s̄z hūlib⁹ v̄sentire
marime v̄tutis est. **S**z beatā v̄go fuit humi-
litatis p̄fundissime. ḡ debuit esse nobilitatis
t̄ dignitat̄ excellentissime. **H** Aug⁹. in q̄
dam finone inquit. q̄ ipa beatissima v̄go m̄
q̄ fuisset sup̄ omes choros angelos exaltata

nisi fuisset sup̄ omes hoies hūliata. **Q**uia
grāt̄ humilitas maior est t̄ magis laudat:
q̄to q̄s magis nobilis t̄ magn⁹ ex̄is humi-
liatur. **I**o debuit dei genitrix in altū p nobi-
litatē t̄ dignitatē eleuari: vt ei⁹ humilitas p
fundior t̄ ḡ capacior possit maḡ ab omib⁹
laudari t̄ a deo in celesti gl̄ia altius sublima-
ri. **N**ō obſtāt mō argumēta in atrium **G**olutō
dep̄dicatořib⁹ p̄mis p q̄s mūd⁹ erat conuer-
tendus ad fidē: q̄s v̄gruebat esse plebeios et
indoctos ne eoz sapientie potētie vel dignita-
ti ascriberet id qd̄ de⁹ p̄ gram suā illorū mīste-
rio opabat. t̄ sic crux xp̄i euacuaret. **U**n̄ con-
gruebat q̄ nō in doctis humane sapie v̄bis
nec in potētia dignitatis hoies ad fidē deci-
perent vel cogerent: sed simplicib⁹ simpliciū
v̄bis exteri⁹ diuīa v̄tute coopante interius
humiles p̄ humiles vocarent. t̄ sic de⁹ humi-
lis exaltaret. **I** diabol⁹ q̄ p sup̄biā vicerat:
p̄ humilitatē vinceret. **U**n̄ glo. sup̄ p̄fatu di-
ctū apli ait. nisi fidelis p̄cederet p̄scator hu-
milit nō seq̄ret orator. **S**z aliđ ē in brā v̄gi-
ne quā dīebat filiū q̄tū poterat t̄ ipa capar-
erat exaltare nobilitare t̄ magnificare. nec de-
cuit xpm vt maiorez sue hūilitat̄ indicuz de-
monstrarer genitricē suā ignobilis v̄tup-
rio subdere. Ad legē aut̄ humile sup̄ allega-
tā rñde q̄ impator ibi capit hūlēnon p̄pha-
bente v̄tutē humilitat̄: s̄z p ignobili ac infa-
mi t̄ vitupabili. vt p̄t ibi ī textu dū dictuz
suū declarat ī meretrice t̄ scenica. **T**ertio
q̄rit̄ in q̄ s̄sistat nobilitas ipsi⁹ v̄ginis. t̄ cuꝝ **In q̄ s̄s**
dicat quidā sapiēs q̄ nobilitas nihil altō ē **stat nobi-**
q̄ inueterate dīnitie. t̄ in coi puerbio dicit. **litas ma-**
q̄ ille reputat nobilis q̄ ml̄tas h̄z opes. **U**n̄ **rie**
Junenalis satira p̄ma ait. **C**lincant diuītē
sacro nec cedat honori. **N**uper ī hāc v̄lēm p̄
dib⁹ q̄ venerat albis. **R**efert q̄z **B**arto. in
l. j. in. vj. columnā. C. de digni. li. xij. q̄ qui-
dam impator dicebat: q̄ nobilitas est antiqua
eris t̄ dīnitiaz possellio cu pūlcr̄ regimib⁹
t̄ v̄tutib⁹. **U**ideſ ḡ q̄ istā nobilitatē non ha-
buerit beatā v̄go q̄ fuit paupercula t̄ coiuñe
carpentari. **N**ō etiā videſ q̄ nobilitas ei⁹
sit attēdenda circa cōplexionē corporis: quia ī
cōplexione nō extimā nobilitas: vt inquit
Albertus vbi ē. **N**ā multi reges t̄ p̄ncipes
qui nobiles appellant̄ sunt cōplexionis me-
lancolice t̄ flegmatice. t̄ econtrario q̄plures
rustici t̄ viles hoies sunt sanguinei t̄ coleri-
ci. t̄ consequēter dignioris cōplexionis corpa-
lis. **N**ō videſ etiā attēdi debere nobilitas **Quarto**
alicui⁹ q̄ ad aiā genitoꝝ suoꝝ cum ipa aia

Nobili-
tas v̄gis
probat

Sermo I. De natiuitate Marie

Nō sit ex traduce. ut theologi pbāt in.ij. dis.
viii. maxie scūs **Bona**ē. ibidē ar.ij. q.ij.

et **Alexā**. de ales in.ij. pte summe tractatu d
aia. et **Tho.** i. j. pte summe. q. xc. ar. ij. et i sūma
hētiles. li. ij. c. xxvi. g. aīma filij nihil acci
pit nobilitatē ab aia pris vñ alioz p̄decesso/

Quinto rū. Nō videt qz attēdēdā esse nobilitatez
alicui⁹ eo q̄ sit ex nobili et antiq̄ atq̄ genero
sa pgenie p̄creat⁹. **It em** **Seneca** ad **Luccillū**. q̄ nō fac nobilitatē atriu plenū sumo/
sis imaginib⁹; qr qd̄ an nos est nost⁹ nō est

Nota pulcra d tragediaz inq̄. Qui gen⁹ laudat suū: alie/
nobilita na laudat. et **Quid** i. xij. metha. canit. **Naz**

te genus et pauos et q̄ nō fecim⁹ ipi. **Uix** ea no
stra voco. Et fuerut ſeba **Ullris** in orōne co
tra aiacē p habēdis armis Achillis. Idez qz
Quid. in. j. de ponto ait. Nō census. nec cla
ruz nomē auoz. Sz pbitas magnū ingenu
umqz fac. glo. etiā in. l. si qd̄ bello. ff. de capri.
et post li. reuer. dic magis esse meū qd̄ p meā
pbitatē qro qz id qd̄ p antecessores. fac. l. iij.
ff. de inter. et rele. Et **Licero** in inuestiuā h̄ sa
lustiū ait. **Sanct⁹** est me meis fulgere mori
quis qz maioz opionem iti ut sim meis poste
ris nobilitatis initiu. Ad h̄ qz adduci p̄ il
lud qd̄ inq̄. **Lin⁹** in. l. qzqz. C. de postu. dices
q̄ scia pfer nobilitati generis. et lex. sed et re
probarti. q̄ ampli⁹ ff. de execu. tu. pbāt q̄ tan
tum nō debet attēdi nobilitas generis qzqz

Sca p
fer nobi
litati

nobilitas moz. Ideo **Iuuenalis** h̄ quendā
qui cū esset vilis morib⁹ gloriab⁹ de generis
sui nobilitate exclamat libro. ij. Satira. q. di
cens. **Hemata** qd̄ faciūt: quid pdest ponti
ce longo **Sanguine** censeri: pictos ostēdere
vult⁹. **Maioz** et stantes in curribus emilia
nos. **Tota** licet veteres exornēt vndiqz cere
Aria: nobilitas sola est atq̄ vñica virtus.
Usq̄ adeo. miseruz est alienē incubere fame.
Malo pater tibi sit teritas: dummo tu sis
Eacide silis vulcaniaqz arma capessas. Quā
te terite silēz. pdūcat achilles. **Nemo** ḡ de
sanguis sui generositate debet glari q̄ er. uis
nō puenit merit⁹; maxime cū oēs ab eodē p̄n
cipio traham⁹ originē: et sit p̄a sūia **Boecij** i
ij. de sol. c. xij. dices. **Omne** hominū gen⁹ in
terrī silī. surgit ab ortu. **Quid** genus aut
pauos strepit⁹ si p̄mordia nra autorēqz deū
speces nullus degener extar: ni vicijs peiora
fouēs ppriū deserat ortu. **Un** i vulgaripuer
bio dr. et le vilano chī fa le vilanie. **Sz** qd̄
dicem⁹ de quibusdā q̄ cū sint ignobilis gene
ris: tñ de nobilitate gloriant⁹: pfecto talium
vana glīa posset tolli si eis diceret illud. **Ju**

uenal' vbi s. maior p̄m⁹ quisq̄ fuit ille tū
orum. **Aut** pastor: fuit aut id qd̄ diceret nolo
Quid etiā dicem⁹ de multis q̄ cum sint nobi
les genere: ignobiles se reddit viciosa puer
satione: Quāto em̄ maiores alicui⁹ fuerunt
nobiliores: tāto maius est virtutēz ei q̄ ab
illis descendens p viciū se vilissimū facit. ut in
quit **Salusti⁹** in iugurthino. **Un** **Claudia**
nus canit. Degenerat hoīes vīchīs fūtēz mi
nores. **Io** cuiq̄ romano glāanti de maiorez
suoz ſtutib⁹ ait qdā floretin⁹. **Loreta** feza
non hedī quelo bon vino. **Ex p̄dictis** ḡ vi
def̄ q̄ beate ſygnis nobilitas nō sit p̄fiderā
da quo ad carnalē propagationē: sed solum
quo ad nobilitatē virtuole vite. **Omes** em̄
homines dici p̄nt nobiles dūmō fuit ſtutēz
et tāto sunt nobiliores qzto ſunt ſtutēz
ſtutēz. **It em** **Lassiod.** in eplis. **Pecē** indubitate
nobilitas q̄ morib⁹ coprobat. Et **Hiero**. ad
Selantia inq̄. Vera nobilitas est clarū esse
ſtutib⁹. et in. c. venerabilis. de p̄ben. et digni
dr. **Nō** generis ſtutēz nobilitas gratū deo
facit et idoneū ſertitorē. Et **Gualteri⁹** d. La
ſtione. l. j. canit. Nobilitas ſola eſt animū
que morib⁹ ornat. Et **Quid** in li. de vetula
dicit. Nobilitas homis mens et deitas imago.
Nobilitas hoīis v̄tutū clara propago.
Nobilitas homis humile ſtutēz reſtare iacetem.
Nobilitas hoīis mentē refrenare furentem.
Nobilitas hominis nature ūra tenere. No
bilitas hoīis nī ſtutēz nulla timere. Nobili
tas hominis terretias ūtēre dotes. Nobili
tas homis celestia carpere regna. Et **Ari
sto**. j. polit. c. iij. inq̄. q̄ nihil aliō qz ſtutēz et
malicia determiat libez et ſtutēz. nobile et igno
bilē. et in. c. nūqz. lvj. dī. dī. q̄ ſtutēz aiam nobili
tate et decorat. Ecōtrario ſo de carentib⁹ vir
tute ait qd̄am verſificator. Clirute remota
Migrat in exiliū nobilitatis honor. Ulici
osi em̄ nō debet ad honores et dignitates pro
moueri. l. q. C. de dig. li. xij. **P**ro determinati
one hui⁹ dubij dico fm̄ **Albertū** vbi s. q̄ bea
tissima ſygo fm̄ oēm modū nobilitatē et digni
tatis eſte debuit et ſuit nobilissima et dignissi
ma in ūmmo. **Un** dico q̄ ſi aliq̄ nobilitas ē
attēdenda in p̄dictis: maxime ſuit in ip̄a dei
genitrice. **S**i ḡ ex diuinit̄ aliquā reputat
nobilitas ūtēti: ſicut videſt inuere **Bar.** i
l. capitaliū. q̄ ſerui. ff. de penis dices q̄ popu
lares diuities et honestiores gaudēt p̄uilegio
nobiliū: pfecto ipsa beata virgo ſuit nobilē q̄
ex ditissimis parentib⁹ regib⁹ et ducib⁹ ori
ginē traxit: ut in ſa patebit. **Itē** ipi⁹ pat̄ **Jo**
achim erat diuities. et ipa vñica eius filia: ſed

Sola ſ
tus nobi
litat

Maria
fuit nobi
lissima

Pars.II.

amore paupratis omia sua paupib⁹ erogauit
vt infra deo dante declarabit pte q̄rra huius
opis. q̄b⁹ diuitijs suis cōpauit regnū celoz
dicere dno **M**at. v. Beati paupes spū qm
ipoz est regnū celoz Itē magi magna suo fi
lio munera ⁊ valde p̄ciosa attulerūt: q̄ omia
etia paupib⁹ dedit. vn̄ in corona nostra dicit
Gran thesori furno dati da li magi al suo
fio: ma da lei dispensati a poueri per amore
de dio. **N**d quidē fecit vt tpalib⁹ diuitijs cō
temptis celestij thesaurop̄zes infinitas et
indeficiētes cumularet. **D**e q̄b⁹ Grego. in q̄
clam omel. inquit. Si se diuities esse cupit,
veras diuitias amare. Et in hoc ista pruden
tissima &go fecit more philosophantū q̄ vir
tutis amore pecunia tremunt. In honorib⁹
g. phis. ff. & vaca. mune. l. i. in fi. pncipij. ff.
de vari. & extra. co. Egit etia more fortis athle
te: q̄ pugnat etia sine mercede. vt ait glo. i ru
brica. & in. l. j. C. de athletis. li. xij. Si &o cir
ca cōplexionē corporis atēdīt nobilitas: ipsa
virgo benedicta nobilissima fuit q̄ ab optie
complexionatis viris & mulierib⁹ ppagata
fuit Item ipa optime complexionis sup om
nes hoies & mulieres q̄vngs fuerūt v̄l̄ erunt
extitit. excepto ei⁹ filio dno nostro Iesu xpo.
vt infra declarabitur smone. iiiij. hui⁹ ptis.

Si aut̄ aliqd nobilitat̄ dicat contrahi ex
eo q̄ p̄decessores alicui⁹ fuerint sapientes vel
aie nobilissime ac prudentissime ⁊ intellect⁹
speculariū ⁊ thmoi. vel q̄ fuerint de antiqu ac
potenti stirpe circa qd nobilitas generis atte
dit. l. si furiosi. C. de nupti. vn̄ dr: si nobil̄ es
lauda parētes. qd pbat in. c. nunqz. lvj. dist.
nā fili⁹ sequit dignitatē pris. l. Senator. C. de
digni. li. xij. pfecto hec oia nobilitat̄ isignia
fuerunt in beata virginē. vt infra patebit.

Nobili
tas caris
Nobilitat̄ est fm Albertū vbi sup q̄ no
bilitas fm carnē est traductio carnalis origi
nis a parētib⁹ fm seculū in diuitijs v̄l̄ poten
tia vel dñio istitur. Ex q̄b⁹ q̄tu ex prena
ture est causa in filijs similitudo cōplexiois ⁊
formitas mox ⁊ imitatio opatois. hō enīz
paup ⁊ ignobilis si diuitijs cepit affluere: i
cipiet delicijs magis vacare. eibis delicatori
bus se nutritre. ⁊ sic complexionē nobilitare.
exercitijs honestiorib⁹ occupari. parua dam
na min⁹ curare: paruis lucr⁹ min⁹ inhiare.
tona min⁹ curare. alienū dñiū min⁹ timere.
libertatē mag⁹ appetere. maior⁹ fortia &he
re ⁊ eoꝝ opa ⁊ mores imitari. ⁊ signatura p̄
mo seruīl ⁊ ignobil⁹ victa p̄ suetudinē i cō
trariū trāsmutat. Et q̄nto hec a remotiori ⁊
diuīturniori radice ad ramos trāsmittitur.

tāto mag⁹ nature inclinatio indurat ⁊ inse
pabilior efficit. vt in filijs q̄tu ex pte nature
est ad cōsumilia patrib⁹ inueniāt inclinatio
natural. **U**n̄ in cōmuni puerbio dr. Sepe
solet fili⁹ silis esse pri. Et sicut originaliter di
ctū autoris libri q̄ dr **P**amphil⁹. c. xix. l. q̄s.
q̄s. C. ad. l. iul. maiesta. ⁊ i. auf. de refe. g. j. col.
i. ⁊ notat in. c. rāsmisse. et q̄ fi. sint le. ⁊ in. c.
michael. & fili⁹ ps by. At hec appella⁹ nobilit
tas carnis. licet aut̄ aia nō sit ex traduce tñ ex
sistens i carne opa pl⁹ v̄l̄ freqnti⁹ fm q̄ a car
ne ampli⁹ ad aliqd inclinat. **H**ec Albert⁹ vbi
supra. **N**ia em̄ p̄iuncta corpori unitat̄ passiones
corpori. vt inq̄t autor in li. sex principioruz
Dicunt aut̄ aliq̄ doctores: q̄ nobilitas ista
fm carnē nō solū p̄dest q̄ ad gl̄iam mūdi: s̄
etia multū adiūiat ad v̄tutes ai ⁊ ad bonū
incitat q̄uis ipasol: non cogat ad bonū vel
ad malū. **U**n̄ inq̄t **A**lbert⁹ vbi s̄. q̄ lucet q̄n̄
quis opa &traria nobilitati originis tanto
viciōsor ⁊ detestabilior sit: quāto mag⁹ agit
&tra naturalem inclinacionē originis. et sic
mag⁹ culpabil⁹ est nobil⁹ viciōsus q̄ ignorat
Jō leges plēiūqz magis puniūt nobiles q̄z. **N**obiles
rusticos: quia rustici parcendū est. l. j. ff. si q̄
in ius vo. nō ie. l. si q̄s id qd. g. dol. ff. de in
ris. om. iiu. Item q̄to q̄s est dignior: rāto ei⁹
est culpa grauior. Juxta illud Juvenal. lib.
iij. satira. q̄. **D**ime ai viciū rāto cōspecti⁹ i se
Lrimē hz: q̄nto maior q̄ peccat habetur. que
sinia etia p̄ nitur in. c. q̄: tua. l. di. ⁊ in. c. nul
li fas. xxv. q. j. ⁊ c. precipue. xij. q. iij. **L**ū vbi
nobilitas originis pficit ⁊ ornat nobilitate
moꝝ ⁊ operi v̄traz alteri p̄ stat icremētū lau
dis. ⁊ ambe merito laudant. q̄ vbi sunt eq̄
lia merita in duob⁹ nobilitas addit gradui
l. qd si nolit. g. q̄ mācipia. ff. & edi. eccl. ⁊ po
nit **P**anor. in. c. cum venerabil. & pte. **G**if
scia ⁊ virt⁹ addit gradui in antū qd scolar⁹
ftuosus ⁊ sapientis pficit in gradu doctori
ignaro. vt ait glo. in. l. j. C. de decurio. ⁊ eorū
fi. **E**st aut̄ sciendū q̄ licet nobilitas carnis
sine nobilitatem nō laudet s̄ vituperet
ecōtra &ro nobilitas mēt̄ sine nobilitate car
nis tanto ampli⁹ laudat. q̄to mag⁹ ppriam
vincens naturā laudabiliter opatur. vt inu
it text⁹ in. c. nunqz. lvj. dis. tñ nobilitas car
nis est quasir adiūt ⁊ innatū fundamētū fo
tuole opationis: ita vt illud hñs difficult⁹ ⁊
fortute moueat. **E**si virt⁹ mēt̄ fortit̄ repu
erit ipa carnis nobilitas ea ad nobilia exci
tat. **B**eat a igit &go **M**aria fuit nobilissi
ma nobilitate languinis ⁊ generis adeo q̄ ex
cepto filio suo fuit nobil⁹ in diuidū omib⁹

Bermon. I. De nativitate Marie

Muā noīndividuū q̄ in hūana natura fuerūt. Nam
biſ fuerit vt p̄p̄z. **N**at. i. ipa brā ſgo deſcedit de ſemī
Maria patriarchaliſ. a q̄ttuordecim patriarchiſ. q̄z
p̄cipiūs fuit Abraā a q̄ q̄dragesima t̄ vna
generatōe deſcedit. In q̄ Abraā de⁹ pp̄lm pe
culiarē elegit ſibi t̄ diſtinxit ab alijs. Lui eti
am dictū fuit. **S**en. xxiij. c. Princeps dei es
tu apud nos. Lui facta eſt reprobatio d̄ xpo
naſciuiro. **S**en. xxiij. c. vbi dixit ei de⁹. In ſe
mine tuo bñdient oes gētes. Ab hoc nobi
liſſimo patriarcha denoianſ hebrei quiaſ ex
Abraā geniti; vt dicūt q̄dā. q̄uiſ alij dicāt
q̄ denominat̄ hebrei; q̄z ab hebrei deſcederunt.
Hic fuit p̄muſ q̄ p̄felliſt eſt fidē vniuſ dei
inter idolatras caldeos adorātes ignē p̄ deo
in quē inieſt ab eis vt experireſ ſtūre eius
illeſus exiuit. t̄ h̄ tangit Neemie. ix. c. Quia
ḡ ab hoc nobili p̄ncipe deſcedit beatissima ſo
go Maria. **I**lli d̄. **L**an. vii. Quā pulcri
grellus tuī i calciamētis filia p̄ncipis. q̄d ex
ponit glo. d̄cēs. Id eſt opa tua in exemplis
ſanctor̄ q̄s imitar̄ t̄ oes excedis. Deſcedit
q̄z ipa m̄ter dei bñdicta. vt p̄z i codē primo
Nat. c. a q̄ttuordecim ducib⁹ t̄ a q̄ttuor
decim regib⁹. **I**o de illa canit eccl̄ia i officio
hodierni festiuitat̄. Regali ex p̄genie Ma
ria exorta refulget. **I**te deſcedit ex ſemie. p
p̄phali maxime ex David q̄ fuit eximi⁹ pro
phetar̄; vt dicūt theologii. i. ſn. iaz. di. q. **I**o
canit eccl̄ia vbi ſ. Natiuitas gl̄ioſe ſyginiſ
Marie ex ſemie Abrae: orta de tribu Juda:
clara ex stirpe David. Fuit etiā exorta ex ſe
mine ſacerdotaliſ. de tribu leui. vt declarat
Albert⁹ vbi ſupra. q̄z ſolū tribu regia. ſ. iuda
t̄ ſacerdotaliſ. ſ. leuitica iungebat ſimul ma
trimonia. **U**n brā ſgo etiā deſcedit de ſemie
Aaron ſummi ſacerdot⁹. q̄z ex stirpe eius fuit
Anna mater ei⁹. vt inq̄t Joh. damascen⁹. li.
iii. t̄ Beda ſup. **L**u. **E**t Grego. xxi. moral.
Beat⁹ q̄z Lucas. iii. ſuſ euāgelij. c. deſcribēs
nobilitat̄ origiſ ſue: genealogiā ſuam vſq̄z
ad Adā p̄trahit. **U**n vt p̄bat m̄gr Bartholome⁹ p̄ſan⁹ in ſuo mariali. fructu. iii.
Maria ſt̄nata
A q̄bus
q̄bus
Maria
estnata
Beata ſgo orta eſt p̄mo de mult⁹ patriby ve
teris testamēti maxime a decimonoно incipi
endo ab Adā vſq̄z ad thare. **S**ed o de p̄uar
chis. **T**ertio de p̄ncipib⁹. **Q**uarto de iudici
bus. **Q**uinto de regib⁹. **S**exto de ducibus.
Septiō de p̄phis. **O**ctauo de doctorib⁹. **N**o
no de vir⁹ ſtrenuis t̄ fortib⁹. **D**ecio de ſacer
dotib⁹ t̄ ſumis p̄ficialib⁹. **U**ndeccio d̄ pp̄lī re
ctorib⁹. **D**uodecimo de cultorib⁹ dei: t̄ iuſtis
parētib⁹. vt ipe ibi lati⁹ declarat. **E**t iō dicere
nō imerito poſſum⁹ br̄ ſygini illō Virgilij

in. j. enei. Que te tā leta tulerūt. **H**ecula qui
tātē genuere pentes? **E**x ſupdictis aut̄
colligiſ q̄ xpo dñs n̄ q̄ ſine m̄re genit⁹ eſt fm̄
diuinitatē. t̄ ſine p̄fe fm̄ humānitatē: totam
ipam hūanitatē t̄ dignitates q̄ ad ipam ſe
quuntſ. ſ. cognatiſ t̄ ſanguinat̄ ab ipa ma
tre ſua bñdicta ſuſcepit. **C**orp⁹ ei ei⁹ ſormatū
fuit ex puriſſimis ipſi⁹ ſigis ſanguinib⁹ vir
tute ſpūſſici: vt declarat theologii. iij. d̄ſt. iiij.
Quia ḡ oes nobilitates ſcelle hūano generi
in Adā p̄ncipaliter a deo date ſunt vt deſcen
derent p̄ multas generatiōes. t̄ p̄ ſygini ma
trem terminarent in xpm q̄ eſſet vltim⁹ dux
vltim⁹ rex: t̄ vltim⁹ patriarcha populi dei. de
q̄ Apo. iij. d̄. **H**ec dic̄ p̄m⁹ t̄ nouiſſim⁹ pri
muſ quo ad diuinitatē t̄ nouiſſim⁹ q̄ ad hu
manitatē. id apparet q̄ta ſit ipi⁹ ſigis nobili
tas q̄ ipm dei filiu ſ. q̄ ad humānitatē nobili
tauit. **E**t ſequēter ex ei⁹ nobilitate ois crea
tura nobilitata eſt. **Q**uapropter ipa bñdicta
ſgo p̄t dicere illud. **E**ccl. xxiij. **E**go ſic ne
buſla tegi oēm carne. i. xpm. p̄ quē ois caro. i.
tota humāna natura eſt nobilitat̄ veste in
duta. **E**apropter Ambro. in li. iij. de ſygini
tate ait. Quid nobili⁹ dei matre; q̄li dicat ni
hil in reb⁹ creat⁹. **O**es em̄ p̄claritatis: inge
nuitatis dignitates t̄ nobilitates. q̄ poſſent
eſſe in aliquo indiuīduo humano poſuit de⁹
in hac egregia puella q̄ om̄s p̄ncipes: duces
reges t̄ impatores: t̄ q̄lciq̄z nobiliſſimos vi
ros t̄ ſemias nobilitate traſcedit. **D**e nobili
tate aut̄ ſtūtis ei⁹ in fra dices p̄te q̄rta hui⁹
opis. vbi de ſtūola ei⁹ cōuerſatione tracabili
tur. p̄nūc aut̄ ſufficiat ſacre ſcripture teſtimoni
niū q̄ in ei⁹ pſona. **E**ccl. xxiij. c. inq̄t. In me
ois ſpes vite t̄ ſtūtis. **E**t iō ſideras Halos
mon nobilitatē ſtūtū t̄ ſanguis debere i brā
ſygine relucere: exclamauit. **G**ap. iij. **Q**z
pulera eſt caſta generatio ci claritate. **Q**uia
ḡ brā ſgo de stirpe regali p̄genita eſt regiam
habuit dignitatē ſimcarnē. nā filia q̄ de rega
li p̄genien aſciſ regal⁹ d̄. l. i. C. de digni. i. iij.
Quia ſo deo deſpōſata fuit q̄ eſt rex regum t̄
dñs dñantiū. claz c̄ q̄ om̄s creatures nobil
itate traſcedit. **N**ā femiſ clariflum̄ digni
tatem mariti tribuit. l. feminine. ff. de ſena. fe
mine em̄ corrufat radijs maritoz. ſ. h̄ ita
q̄z in aut̄. de ſu. **U**nigenit⁹ etiā dei fili⁹ q̄ ab
eterno decreuerat ex ea naſci t̄ i ei⁹ vtero ha
bitare: illā oī nobilitate decorauit t̄ clarifica
uit. nā parentes efficiunt nobiliores p̄ filios
nobiles. vt ait glo. i. ſ. generalit. i. aut̄. de di
gni. t̄ matres dignificat dignitatib⁹ filiorū:
fm̄ **B**ar. in. l. i. ff. de ſena. t̄ p̄baſg. ſ. h̄ ita q̄z

Femine
nobilitā
tur a ma
ritis

Pars.II.

in aut. de psu. Jo de spa dñi m̄re dici p̄ istud
Apoc. xxij. Claritas dei illuminauit eā. nos
q̄z dicere debem⁹ illud. ij. Eisdre. viij. Bñdi-
ctus de⁹ patr̄ nostroz q̄ dedit voluntatē i cor
regis s. filij sui clarificare domū suū. i. matrē
benedictam.

Pars tertia huius sermonis que dicit
socunditatis.

Indissimā fuisse virginis glōse
natiuitatē manifestū est. Si em̄ iu-
deoz gens gaūsa fuit dū p̄ Hester
liberata fuit. Hester. viij. et Thobia illumia-
to magnū gaudiū factū est. Thob. xij. et Do-
loferne suparo letata fuit Judith cū populo
iudaico. Judith. xiiij. Si Abraā gaūsus est i
ortu Iaac. Gen. xx. et Anna iu natiuitate sa-
muelis. j. Regū. ij. et parētes Johis baptiste
in eius orti simul cū cognatis et amicis suis
sicut pdixerat angelus Luce. j. vi. Et multi
in natiuitate eius gaudebūt. Multo magis
in natiuitate hui⁹ virginis cui⁹ part⁹ victo-
riam mūdo atqz salutē attulit immēle leticie
causa extitit. Jo canit eccl̄ia. Natiuitas tua
dei genitrix dgo gaudiū annūcianit i vniū-
so mūdo tc. **P**rimo igit̄ natiuitas matris
dei iocūda fuit ei⁹ pentib⁹. vt em̄ in ei⁹ legen-
da habef: beata virgo ex parētib⁹ honestissi-
mis ac timetib⁹ deū exorta est: Joachim scz et
Anna. Joachim nāqz paf illi⁹ ex galilea de
ciuitate nazareth sanctā Annā ex bethleē dū
xit vxorē. Imboz iusti erāt: et sine reprehensi-
one in mādatis dñi incedebāt. omneqz suaqz
subbam tripharie diuidebat: vñā partē tem-
plo et templi seruitorib⁹ impēdebat. alia pe-
regrinis et paupib⁹ erogabat. tertia fō Luis
vībo et p̄ sua familia reseruabat. Et ita p̄ an-
nos viginti plenō habētes voverūt domi-
no q̄ si eis sobolē pcederet ea seruitio ei⁹ ppe-
tuo māciparēt. **L**ui⁹ rei grā cū singul' annis
in trib⁹ festis p̄cipuis hierlm frequentarēt:
In festo enceniorib⁹ cū suis ip̄e Joachim ascē-
dit et cū ceteris ad altare accedēs oblationem
sua offerre voluit. quē vidēs sacerdos cū in-
dignatioē nimia repulit. et q̄ ad altare acce-
dere p̄sumeret increpauit: afferēs nō esse con-
ueniens maledicto leḡ obnoxīu oblationez
dño leḡ offerre. nec inf̄ secūdos infecūdu et
q̄ populū dei n̄ auxit astare. Joachim ḡ sic co-
fusum se vidēs: p̄ pudore domū redire nolu-
it: ne sil̄ a p̄tribulib⁹ suis q̄ b̄ audierāt rātū
opprobriū sustineret. itaqz ad suos pastores
secessit. Lūqz ibi aliqzdiu morā traxisset: q̄
dam die soli angel⁹ cū ingēti claritate appa-
ruit et de ei⁹ visione turbatū ne timeret admo-

Jocūda
parētib⁹

Dysto/
ria nati-
uitatis
Marie

nuit dicens. **E**go sum angēlus dñi missus
ad te vt annūcie tibi p̄ces tuas exauditas:
et elemosynas tuas in p̄spectu dñi ascendisse
Vidi em̄ pudore tuū et audiui sterilitat̄ op-
probriū nō recte tibi obiectū. peccati q̄p nō
nature vltor est de⁹. **E**t iō cū alicui⁹ vterum
claudit ad hoc facit vt mirabilis denuo ape-
riat. et non libidinis esse eq̄d nascit. s̄z diuinis
fore muners cognoscat. **P**rima gētis vestre
mater Sara: nōne v̄sq; ad nonagesimū art
nū sterilitat̄ opprobriuz prulit: et en Isaac
cui reprimissa erat oīm gentiū beatitudo ge-
nerauit. Rachel etiā nōne diu steril̄ fuit: et
tamē Joseph gentiū: q̄ toti⁹ egypti dñi ha-
buit. Quis fortior Samson. vel sanctioz
Samuele: et in hi ambo matres steriles ha-
buerunt. **R**ationi igit̄ et exēplis crede v̄las-
tos dñi p̄cept⁹ et sterilis part⁹ mirabiliores
esse solere. **P**roinde Anna vxor tua pariet ri-
bi filiā et vocabis nomen ei⁹ Maria. hec vt
voniſt erit ab infantia sua dño p̄sectata: et
adhuc ex vtero m̄ris sue sp̄us sancto plena. nec
forinsecus inter populares sed i templo dñi
morabit. **E**t sicut ex sterili m̄te ip̄a nasceret.
ita mirabiliter ex ea filius altissimi genera-
bit. **L**ui⁹ nomē Jesus: et p̄ eū oīb⁹ gētib⁹ erit
salus. et tibi hoc erit signū q̄ hec omnia sient.
Anum pueris ad aureā hiersolyme portā
Anna vxorē tuā obuiā habebis: que de tua
tardatione modo sollicita tunc i tuo conspi-
ctu gaudebit. **H**is dicitis angel⁹ ab eo disces-
tit: ipm̄qz leticia plenū reliquit. Anna autē
cum amare fieret: quia quo vir su⁹ esset igno-
rabat. idē angel⁹ sibi apparuit et eadē que vt
ro suo ānūciamerat patescit. **E**t vt viro suo
ad aureā portā obuiaret ipauit. **I**git̄ iuxta an-
geli p̄ceptū ambo sibjñiūc obuiātes de mis-
tua visione letati et de ple p̄missa securit: ado-
rato dño domū redierūt: diuinū promissuz
hylariter expectantes. Anna ḡ cōcepit et suo
tempore filiā pepit que vocata est Maria. cu-
ius natiuitate nō solū pater eius et mater: s̄z
etiā tota illorū cognatio fuit letabunda et mi-
ro gaudio resp̄sa. **S**ed te hac iocunditate et
sequēti itez diceb̄ infra smone. iiij. hui⁹ p̄tis
p̄e vltima. **P**uto autē hāc gratiosissimaz
puellā nō fmi morē alioz nascentiū gemituz
emississe: sed cum maxima iocunditate inter
multa agmina angeloz dulcissima cantica
decantantiū atqz p̄ natiuitate regine sue ex-
ultantiū te vtero matris exisse. magnāqz le-
ticiā cū facie ac manib⁹ tem̄olstrasse: in faciez
his qui aderant arridēdo: circumstantesqz an-
gelos aspiciēdo et mirādo. ac cū eis p̄iter ex-

Sermo I. De nativitate Marie

ultando. Accurebat autem vndeque genites ut per
ella tam pulchram tam speciosam cernere possent
a cuius sacratissima carne miri odoris fragran-
tia emanabat. eiusque formosissima facies tam
lucidi splendoris radios emittebat ut omnes in

Jocunda stupore quereretur: nullusque vultus illius ele-
gantiam fixis valeret oculis intueri. **Hoc** deo
celesti cui natus huius sanctissime puelle fuit celesti
rie curie iocunda. Non solus enim illo die quod nata est
facta fuit in celo specialis supernorum ciuium
exultatio. sed etiam omni anno in hac die parti-
culari festivitate recolit memoria nativitatis
eius. **Vnde** ut refert Joh. beleth. Postquam ergo
gloriosa in celo assumpta fuit: dies nativitatis
eius aliquato tempore fideles latuit. Contigit autem
quidam vir sanctus sedule contemplationi insistens
singulis annis sexto id est septebris in oratione po-
situm iocundissimam angelorum festivitatē audi-
ret in celo. Qui cum deum deuotissime deprecaretur
ut sibi reuelaret cur quilibet anno illa tamen die et
non alia hoc audiret: diuinum accepit respon-
sum quod virgo gloriosa dei genitrix Maria tali
die modo fuisse nata. et perceptum fuit illi ut hoc
fidelibus christianis manifestaret ut concordes fu-
erent in hac celebritate celesti curie. **Amen** quod
summo pontifici et alijs intinasset: hunc diez

Jocunda in honorem nativitatis ipsius virginis celebran-
dum vniuersaliter statuere. **Tertio** et princi-
palium gauis est beatissima trinitas de virginis
huius nativitate. **Gauis** est enim deus pater
de nobilissime ac iocundissime spose sue ortu.
Gauis est filius dei de matris sue dilectissi-
menatissimae. **Gauis** est spousus puel-
lam illam modo editam quod dignum sibi esset habi-
taculum: et que sua sancta obubratoe fecunda
illu a quo ipse procedit vniigenitum dei filium par-
turiret. **Quarto** gauis sunt sancti patres
qui erant in limbo quod ut inquit magister Bartholo-
meus pisanius in libro bte virginis fructu et cognouerunt
ab angelis nativitatem ipsius virginis. **Tum** quod descen-
sus erat angelorum ad ipsos referendo animas in
stor in eodem loco tuum quod cum essent in statu gressu et
paines coegerunt futuri ad eos visitandos et solitos
descenderunt. **Insuper** quod illa in ascitura figuris et prophetis pdixerat ipsi sancti patres
et de ortu Christi in generali et speciali quo ad tem-
pus fuerat certificati. ut patrum de Abraham de quod
inquit dominus Joh. viii. Abraham propter vester exulta-
uit ut videret die meum: vidit et gauis est. et
Jacob Gen. xlix. de ipso predixit. et Daniel. ix.

Sicut libri de tempore eius prophetauit. non est putan-
dum tale lumen post mortem ab eis esse amotum
poterit: cum anima exuta a corpore recordetur quod in corpe
condabatur gessit. quod in parte intellectu est memoria. ut

patrum doc. in. i. sen. di. iii. vnde diuini dictum fu-
erit ad Abraam recordare filiū regis. **Lu. xvij. ca. Et**
quod recordetur affirmat Aug. ix. confessionum. et
Grego. iiii. moral. et Theo. in. iiii. dist. xliii.
et xlvi. **Nognoscetes** quod sancti pres non solus spi-
ritu prophetico et revelatioe: sed etiam aliquo insolita
illustratione ortu regis benedicte. gratias imen-
tas et laudes deo dederunt cernentes adimplen-
tas eorum prophetias et figuratas in parte et brevi
expectantes in totum compleendas. vnde letabantur et io-
cundabantur atque tripliū magnū faciebant
et deum de rāto beneficio benedicentes pulchre cantu-
cum cecinerunt: sicut Zacharias fecit in ortu
Johannis. **Lu. c. i. et Anna in ortu Samuel. i.**
Regum. ii. exultabat. **Adā** vidēdo lignū vite.
scilicet Mariam disponi ad fructū producendum
vite eterne in medio paradisi. **Gen. iiij.** **Eua**
letabatur erūna suā aboleri et maledictiones a
Maria remoueri. de quod **Gen. iiij.** habebat et loco
maledictionis benedictōem portari. **Gaudiebat**
Noe cernens archā coponi ad genitum humanū
liberandū. **Gen. viij.** et arcu in nube ponit ad fes-
tus perpetuum stabiliendū. **Gen. ix.** Jubilabat
Abraham promissum suū impleri. **Gen. xxvij.**
Sicque oīs alij indicibili leticia gratulabāt.
Quapropter et nos debemus in hac die exulta-
re et letari sic admonet sancta marie ecclesia
que in officio huius diei canit dices. **Cum** iocu-
ditate nativitatem regis Mariæ celebremus
ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum Jesum Christum
Et iterum. **Corde et aio Christo canamus** regis in hac
sacra solennitate preces genitricis dei Mariæ
Ipsa enim est fenestraceeli per quam deus oculo suo
misericordie nos respicit. **Qui canit** in officio
eiusdem regis. **Intra** ut astra flebiles celi fene-
stra facta es. **Et Lan. iij. dicitur.** En ipse stat post
parietem nostrum. et post naturam humanam. respi-
ciens per fenestram. mater suaz. **Dicere autem potest**
regis benedicta quod est ostiaria padisi illud Joh.
x. **Ego sum ostium.** pro mesis quod introierit salua-
bitur. **Io.** o peccatores a patria celesti exules in-
trate per portam istam. **Ite o infirmi** ad medicum.
Accedite o orphani ad parentem. propter ceci-
ad lumine. **Propagate o afflicti** ad consolacionem
ambulate per regines post speculorum pudicicie.
Festinate o matres ad matrem dei. **Lurrite**
o vidue ad nutricem veri sponsi. **Proficisci**
ni o pauperes ad thesauraricem bonorum celestium
Agredimini o incarcерati per ianuam perfecte li-
bertatis. **Nosque omnes** in hac miseria regis valle la-
borates: rogemus enim cum beato Augustino in ser-
mone hodierno dicentes. **Sancta Maria**
succurre miseris: iuxta pusilli amimes: refoue fle-

Jocunda
ergo sit
nobis

Pars.II.

bles:ora p pplo: interueni p clero: itercede
p deuoto semineo sexu: sentiat oes tuu iuuam
mē q̄cūq̄ celebrat tua letaz natuuitate. Assi-
ste parata vor posceriū. t repēde oib⁹ opta-
tū effectū. Si tibi studiū assidue orare pro
pplo dei q̄ meruisti bñdicta p̄ciū pferre mun-
di. Qui viuit t regnat i secula seclor⁹ Amen

IDe eadem sanctissima viginis natuuita-
te Sermo secundus.

Virga Virgā Vigilā
tem ego video. Hiere. i. Vir-
ga dī: brā vgo Maria. P̄uo
aur ea q̄ significat p viginaz au-
ream. de qua dī Hester. v. cēdēt rex xtra re-
ginam vrgā aureā quā tenebiti manu. Enī
em rex ille nomine Assuer⁹ esset iratus: exte-
sio illius vrgē ipm placauit. t reginam De-
ster in palaciū introduxit t omnia ipetravit.
Ipsa quippe vgo beata dē iratū placat. q̄a
est nostra aduocata. Auz em̄ deus pcutit cor
pctoris. vgo aurea. i. deuotio vginis statim
placat. t illi eternā penā remittit. t id possi-
mus dicere deo illud Prover. xxiij. Si p̄cius
seris eū vgo nō moriet. Tu vgo pcutis eū t
animā ei⁹ ab inferno liberabis. Nec ibi. Et
Ia. xj. dī de xpo pcutiet terrā. i. terrena cor-
da. vrga oris sui. i. deuote vgis q̄ ex ore altis
sumi pdiisse pmogenita dī. Eccl. xxiiij. Sic
em̄ ptores solebat vrga pcutere seruos sup
capita q̄n volebat eis dare libertate suando
modū quē refert glo. in. S. multis. in vbo vin-
dicta. Insti. de libertinis. p legēscdaz. Csi ad
uer. liber. Sic t xps cū nos pcutit vgo. i. de-
uotione vginali nos facit liberos a leuitute
diaboli. Nec quoq̄ brā vgo figurata p̄vga
aureā in palaciū celeste nos introducit. q̄rē
ianua paradisi. Un̄ canit ecclia i officio bea-
te vgis. Tu regis alti ianua t porta luc⁹ ful-
gida. Dia etiā nobis ipetrat ista vgo aurea
q̄r est mater dei venerada. Dicit em ei filius
ei⁹ illō. ij. Re. ii. Pete m̄ mi: neq̄ em̄ fas ē
Virga aroma tica
Ver auerā faciē mea a te. **S**ed o brā virgo
appellaſ vgo aromaticā. de q̄ dī Lantic. ij.
Que est ista q̄ ascēdit p desertū sic vgo fū-
mi ex aromatib⁹ mirre t thuris t vniūsi pul-
ueris pigmentarij. Ipa q̄ppe fuit vgo fumi. q̄r cōcremata
fuit p charitatē. t dī ex aromatib⁹ mirre. q̄r
fugauit diabolicas tētatiōes. Et thurs. q̄r re-
stringit fluidas cogitatiōes. t vniuersi pulue-
ris pigmentarij. q̄r se habuit oes grās t vnu-
tes. **T**ertio dī vgo decora: de q̄ Zeph. v. ait

ppheta. Assumpsi mīhi duas vgas. vna vo **T**irga
caui decorā: alia funiculū. vgo q̄ vocal funi-
culus fuit Eua: q̄ nos p̄strin rit vincul p̄co-
rum. vgo vo q̄ vocal decora ē vgo **M**aria. **T**ūc em̄ vgo est decora q̄n est florib⁹: folijs et
fructib⁹ bn ornata. Brā igīt virgo habuit
flores i. redolētes cogitatiōes q̄ ad deū. **U**n̄
Eccl. xxiiij. c. i. p̄a inq̄t. Flores mei fruct⁹ ho-
noris t honestat⁹. Habuit etiā folia. i. vba
sanatina q̄ ad primū. de q̄b⁹ Zech. xlviij. fo-
lia ei⁹ ad medicinā. Et Apoc. xxij. folia lū-
gni ad sanitatē gentiū. Habuit q̄s fruct⁹. i.
opa pura t mūda q̄ ad scipm. de q̄b⁹ Pro-
p̄. dicit. Primi t purissimi fructus eius.
Duarto appellaſ brā dei genitrix vgo vgi-
lans a **H**iere. pphā in vbbis ppositis. Ipla **T**irga
ei vigilat sup deuotos suos vt custodiat eos **v**igilāe:
Un̄ ipa dī illud **L**an. v. Ego dormio t cor-
meū vigilat. Et id etiā nos debem⁹ vigilan-
tes esse t feruidi i deuotōe ei⁹. Nā si impator
noctes ducit insomnes t noctib⁹ vtilib⁹ eq-
litate diez p subditoz q̄ete. vt i auf. vt iudi-
sine quoq̄ suffra. in ph̄. coll. h. t idē fac papa
vt in ph̄emio sexti. mltomagis nos vigilare
oporet circa vgis deuotione. **V**igilāib⁹ ei⁹
t nō dormiētib⁹ iura subueniūt. l. pupillus.
in fi. ff. de his q̄ in frau. cre. l. in summa. ff. de
pecu. t in ph̄emio institutionū. Item in ma-
ne t post somnū reperiſ pfecte meditationis
studiū. vt inq̄t glosa in fili. t. l. vnicā. C. de
iusti. codi. vfirmā. in verbo indefesso. t ideo
ad hoc nos hortando ipsa benedicta virgo ē
quit Pro. viij. Ego diligentes me diligo
t q̄ mane vigilauerint ad me inuenient me. be-
atus q̄ audit mez q̄ vigilat ad foze meas q̄t
tidie. q̄ me inuenierit inuenient vitā: t hauri-
et salutē a dño. t Eccl. iiiij. c. dī. Qui illā dī
ligit. diligit vitā. t q̄ vigilauerint ad illā: cō-
plecten t placore ei⁹. q̄ tenuerint illā: vitā he-
reditabūt: t q̄ seruēt ei⁹: obsequētes erūt san-
cto. t eos q̄ diligūt illā diligūt de⁹. De cuius
virginis natuuitate itez tres consideratiōes
faciemus.

Prima diceſ descriptionis

Secunda contrariatiōis

Tertia vō appellabit expōsitiōis

Pars p̄ma h⁹ monis q̄ dī descriptōis. **A**
Quia ve sup̄dictū est **M**athe⁹ p̄mo **U**tz ge-
nalogiam xpi. t p̄sequēt etiā bea-
te virginis: queri potest vtrū p̄grue et bene
describi potuit. Et p̄mo videt q̄ nō. q̄r **I**sa.
liij. dicit. Generatiōem ei⁹ quis enarrabit?
quasi dicat nullus. In sup̄ ut ex **J**osephi di-

Berino. II. De natiuitate Marie

